

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Atlas minor Gerardi Mercatoris

Mercator, Gerhard

Amsterodami, 1610

Forum Iulii

[urn:nbn:de:bsz:31-118360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-118360)

Forum Iulii.

518

Regio unde dicta

Situs.

*Cæli temperies.
Soli fertilitas.*

Imperium majorum.

Urbes.

SEQUUNTUR apud Merc. *Forum Iulii*, & *Istria* cum aliis regionibus. Nomen primæ Regionis vel ab *Foro Iulio*, Vrbe primaria, vel ut alii volunt, ab *Iulio Cesare*, quialiquot Legiones hac adversus Germanos duxerit. Italis hodie *Friuli*: Germanis, *Friaul*: Venetis aliisque Patria nuncupatur. *Aquileiensem* etiam appellatam fuisse patet ex Historiis. Fines huic Regioni ab Ortu *Istria*: ab Aquilone, Montes lapidei: qua *Occalus*, *Alpes Vindelicæ* *Noricæ*que: qua *Aulter*, *Sinus Hadriaricus*. Beant regionem Cælum temperatum, Aer salubris: Campi lati, irrigui, fructuumque omnigenorum fertiles: Prata nitidissima: Pascua Pecoribus gratissima: item Vites Vina generantes generosissima: Silvæ quoque tam materia cædenda, quam venationibus munificæ: Montes Metallorum, Marmorumque variorum, nec non preciosorum lapidum feraces. Inhabitarunt primum hanc regionem *Euganei*, inde successu temporis *Veneti*, mox *Galli*: postea sub *Populi Romani* fuit imperio, cujus majestate inclinante in *Langbardorum* venit potestatem. Iis successerunt *Imperatores*, his *Berengarii*: quibus excisis in ditionem rediit *Imperii Romani*. Donavit bonam ejus portionem *Aquileiensi Ecclesie* *Otho Imp.* reliquamque cum *Istria* *Conradus*. Fecerunt tandem sui juris *Veneti*, circa annum *MDCCCXX*, qui hodieque ibi dominantur: licet pleraque *Comitibus Dominisque* sub sit peculiaribus. Metropolis hujus regionis *Utinum*, vulgo *Udene*: Germanis *Weyden*. Leander arbitratur antiquum esse opidum, ejusque mentionem fieri apud *Plinium*. *Niger* credit *Ptol.* aliorumque *Forum Iulium* esse: non bene. Quidquid statuendum sit de prima origine, Vrbs est ampla & magnifica: rebus omnibus necessariis adfluens. Ambitus ejus milliarium est quinque. *Veneti* hodie *Reip.* regunt missis eo præsidibus quos *Locumtinentes* vocant. Civium in ea numerus est *xvi* millium. Sunt & aliæ Vrbes: *Aquileia*, *Aquilegia* vulgo: *Aplar* Germanis. Sita ad *Natisonem fl.* Vrbs olim fuit ampla, copiola, Mœnibus firmissima: Templis, magnifico *Theatro*, aliisque operibus publicis & privatis supra modum ornata. Hodie infrequens est *Colonis*, & ad solitudinem propemodum perducta; quæ quomdam summo fuit splendore, summaque amplitudine. Fidem sequuta legitur constantissime *Imperii Romani* usque ad *Attilæ Hunnorum Regis* tempora: a quo totum obsessa triennium magna *Annonæ* inopia laborans, tandem capta est & vastata, obtruncatis *xxx* fere septem hominum, qui in ea degebant, millibus: reliquis *Gradus* insulam fuga elapsis. Post ab *Narsete* restituta, in *Langbardorum*, aliquandiu fuit potestate, usque ad *Caroli Mag.* in *Italiam* adventum: ex quo *Italie Regibus*, deinde *Imperatoribus* paruit. Post sub ditione *Patriarchatum* esse coepit: ab iis ad *Venetos* venit, sub quibus jam nunc pace alta & tranquillitate fruitur. Ceterum *Patriarchatui* *Aquilegensi* subsunt *Episcopatus* hi, *Concordia*, *Pola*, *Paventium*, *Triestinis* vel *Tergestinis*, *Comacensis* vel *Petenensis*, *Justinopolitanus*, *Madriensis*, *Crisiatis Nova* vel *Emonensis*. Reliquos quære *Tabula secunda Lombardiæ*. *Gradensi* vero *Castellavensis* vel *Venetiarum* *Episc.* *Tercehanensis*, *Equulensis* vel *Enfulanus*, *Caprusensis*, *Clodiensis*, *Crisiatis Nova*, *Goritia*,

Goritia, iudicio Leandri, *Iulium Carnicum* Antonino & Ptol. Alii de *Iulio Carnico* aliter statuerunt. Amasæus lib de Venet. finib. *Goritianam* notat, ubi quomdam *Noreia*: *Noritianam* Candidus. *Goritia* suos habet Principes, qui Ducibus Aultriæ parent. Opidum est opibus & nobilitate clarum. *Portus Gruarius*, Plin. *Portus Romanus*, *Spilmburgum*, natura loci opereque munitissimum: *Maranum* frequentia divitiisque clarum: *Mons Falconis* nobile divesque Opidum. *Elt* & *Palma* Civitas & Arx rotunda a Venetis exstructa anno *MDLXXIII*, cuius fundamentis sublati sunt nummi cum hac inscriptione. Parte una, *Piscale Ciconia Duce Venetorum*, an *Dom.* *MDLXXIII*. Parte altera: *Fori Iulij, Italiae Christiane fidei propugnaculum*. Reliqua minorum gentium Opida prætereo. Flumina ad hanc regionem pertinent *Romantunum*, *Tilaventum*, *Sontius*, *Frigidus*, *Natiso*, *Alsa*, *Turru*, & alia. Indigenæ ad humanitatis Artes, Mercaturam aliaque honesta studia aptissimi.

Flumina.

Istria.

Regio.

FORO Iulii succedit *Istria* Latinis Græcisque Scriptoribus satis nota: nomen hodie servans: Germanis *Hister-reich*, quasi *Istria Regnum*, dicta. *Iapydiam* quomdam fuisse nuncupatam, indicat non obscure Pl. *Peninsula* formam refert: pleraque, inter duos sinus Tergellinum & Carnarium, Mari cincta Hadriatico: ab Septentrione Alpihus munita Carnicis & Noricis: ab Occasu anteaquam in Mare excurrere incipiat, Formionem habens amnem, Arfiam vero fl. ab Orru. Latitudo *XL* P.M. Ambitus, *CLXXI*, ab Formione, quem dixi, ad Fanaticum usque promontorium, vel intimum Carnarii sinus angulum extensa. Tota regio asperior est: collibus tamen potius, quam Montibus ornata: qui Vini, Olei, aliorumque Fructuum feraces: Frumenri ceterorumque Leguminum infecundiores: exceptis Agris *Piscino* & *Humagio*. Mons ibi est, qui *Majus* vulgo, benignus Herbarum Simplicium, quas avidè extranei questum huc properant Medici, genitor. Salè *Istria* abunde præbet. Saxifordinæ ibi non inutiles. In Roviniensi agro Marmor cæditur, quod *Istricum* dicitur, maximi per Italiam præci. Porro *Istria* ex parte Venetorum est, ex parte Aultriacorum. Specialiora videamus. Per oram incedenti occurrit statim *Iustinopolis*, Vrbs Chetsonesi primaria. Sic doctis vocatur, quæ vulgo *Cabo d'Istria*. Nomen prius ab *Iustino* Imp. Posteriore deinceps nomine cœpit dici, quod Foro Iulio egressis in capite adituque Regionis occurrat. Parvam occupat insulam, quæ pass. longa mille, latitudine modica: trino teli jactu divisa ab Continenti, cui jungitur Pontibus, qui versatiles. Arcem habet in medio, quatuor munita m turribus. In *Venetorum* hodie est, ditione. Succedit in ora quinto fere lapide Castellum *Insula*: Continenti ponte lapideo nexum. Sequitur mox *Vranum*, Italis *Castellatum*, & postea *Castellerium*, vulgo *Castelher*. Quingentis hinc passibus ad *D. Simonem* devenitur: inde millia *v* *Piranum* abest: totidem hinc *Salverium*: pari prope modum intervallo *Vinacium*. Ab Vinaco millia duo numerantur ad *D. Peregrinum*: hinc ad *D. Joannem della Corne* pass. mille: totidemque dein ad *S. Laurentium* vulgo *di Daila*: mox ad alterum lapidem ipsa *Daila* & ad tertium *Crovis Nova*, olim *Armonia*. Post *Quyetum* fl. tria mil. sunt ad *Portum Cervarium*. Visitur quarto inde lapide *Parentium* civitas, hodie *Parento*. Sequitur mox Opidum *Orser*, Latinis *Urserium*. Superato *Lemo*, *Roviniis*:

Situs.

Soli qualitas.

Urbes.

CARNIOLA.

528

Rovinium: tum mox quæ volgo *Le Calonne*, *Portesvol*, *Mutazzo*: indeque promontorium *Cisanum*. *Muratio* *Phasianum* tria sunt millia, hinc ad *Vallem Bandonium*, duo, totidemque ad *Marcodavianum*: tria inde, ad *Portum Pola*. Conspiciendam deinde se præbet in alto difficilique monte Vrbs Episcopalis *Pola* priscum nomen retinens. In solo plano sita, Tergeste millibus circiter *Cabell*: *Ancona*, trajectu maris Hadriatici, mill. cc. xx. *Istria* fluvii sunt: *Risarnus*, *Draconia*, *Quietus*, *Lemus*, *Arfia*. Silvæ etiam sunt, tum aliis usibus, tum ad naves extruendas materiam affatim subministrantes. Incolæ re sunt tenuiore. Venetis omnem negotiationem ad se trahentibus. De *Windorum Marchia* infra dicendum erit, eoque de ea scribere hic supersebebo. De *Kastia* & *Cilia Comitatus* vix habeo quod scribam: pauca de *Carniola* subiiciam.

Flumina.
Silva.

Carniola.

CARNIOLA a *Carnis* populis, quemadmodum & *Carinthia* nomen obtinuit. De his *Volaterranus* *Geographiæ lib. II*: *Supra Istros Carni* sunt, lata regio, a *Foro-Julienfibus* incipiens, atque ad montana pertinens. Regio ipsa *Carniola* montosa licet & *Alpestris*, quemadmodum & reliquæ hujus tractus *Provincia*: *Vini* tamen, *Olei*, *Fructuum* ac *Frumenti* hinc inde copiam profert. *Carniolam* autem duplicem statuunt: *Siccam* scilicet, quæ aquarum indiga est: alteram irriguam, in qua *Savus* fl. ortum habet, & *Nauportus* qui *Labarus* hodie dicitur, & alii plures flu. *Ducatus* titulo ornata est. Vrbs primaria *Labacum* ejusdem cum fl. nominis. Nonnulli *Goriziam* in *Carniola* collocant, quam nos supra in *Foro Julii* recensuimus. In *Lava Sontii* ripa sursum propugnacula reperiuntur bina, quondam a Venetis ad tutelam fl. condita, ne *Turcarum* excursionibus hac, uti prius, pateret via. Reliquæ, quæ hic recensentur in *Foro Julio* a nobis commemorata sunt. Porro in hac regione *Lacus* est, qui singulis annis *Messlem*, *Piscationem* & *Venationem* præbet. Adcolæ *Zircknitzersee* nominant ab Opido *Zircknitz*, quod in ejus ora situm. Sed libet ejus descriptionem paullo accuratius ex *Georgio Weruhero* hic describere: *Clauditur* is circumquaque *Montibus*: patet ad *sesquimilliarium*, minus laxa latitudine. Ex *montibus* circumpositis *rivi* quidam ignobiles procurrunt suo quisque *alveolo*: ab *Orientali* quidem *plaga* tres, ab *Australi* *IV*. Singuli quo longius fluunt, hoc minus *scantent* aquis, terra nimirum ipsos *conbibente*, donec postremo *absorbeantur* *scrobibus* *saxeis*, ita natis, ut humano opere *excisa* *videri* possent. Itaque *quacumque* *pateat* *locus*, *diffunduntur* *aquæ*, & *Lacum* *efficiunt*. Hæ *aquæ* non minus *ferè* *celeriter* *recedunt*, quam *accesserunt*, sed non per *scrobes* *illas* *tantum*, sed *universa* *pene* *terra* *eas* *non* *aliter* *recipiente*, quam si per *cribrum* *diffunderentur*. Quod cum fieri *sentiunt* *adcolæ*, continuo *grandioribus* *ejus* *meatibus*, quo ad fieri potest, *obstructis*, *agminatim* *advolant* *ad* *piscationem*, quæ *ipsis* *non* *modo* *jucunda*, sed *etiam* *perfructuosa* *est*. Nam hi *pisces* *sale* *conditi* *magna* *copia* *ad* *vicinos* *exportantur*. Porro *siccato* *lacu* *fit* *Mesis*, qua parte *solum* *consitum*, & *idem* *rursus* *conferitur*, antequam *inundet*. *Graminis* *ita* *est* *ferax*, ut post *vigesimalium* *diem* *secari* *soleat*. Quis hic *ludentis* *Naturæ* *miracula* *non* *suspiciat*. Sed de his *hactenus*, ad *reliqua* *pergamus*.

Regio & unde
dicta.
Soli fertilitas.

Urbes.

Lacus.

V V V

S E Q U I -